Super quibus omnibus & ſingulis præfatus dñs Michael petijt ſibi per me notarium **D**
publicum infraſcriptum, fieri & confici unum uel plura, publicũ ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta, pſentibus ibidem uenerabilibus & diſcretis uiris, dñis Laurentio plebano eccleſiæ ſanctæ Mariæ Magdalenæ Pragẽ. Georgio de Vualſchin, & Paulo de Herlbotz Pragẽ. diœceſis ſupradictæ, & q̃pluribus alijs teſtibus, ad pmiſſa uocatis pariter & rogatis.

Et ego Ioãnes de Selichin de Lanſteyn clericus Treuirenſis diœceſis, publicus apoſtolica & imperiali autoritatibus notarius, qa prædictis requiſitioni, publicationi, affixioni, depoſitioni, necnon oĩbus alijs & ſingulis ſupradictis, dum ſic (ut præmittitur) ſucceſſiue fierent & agerẽtur, unà cum prænominatis teſtibus præſens interfui. Ideoq; hoc præſens publicum inſtrumentũ per alium fideliter ſcriptum, exinde confeci, publicaui, & in hanc publicam formam redegi. Signoq; & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignaui, rogatus & requiſitus in omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & teſtimonium.

Quibus omnibus ut præmittitur peractis, idem dñs archiepiſcopus Ianuẽ. requiſiuit à tota ſynodo, an placeret ſibi q̧ die ſabbati proximi, quæ erit proxima dies mẽſis Maij, debeat teneri ſeſſio in materia fidei, uidelicet ſup condemnatione memoriæ Ioannis Vuiclef. Et fuit reſponſum per oẽs de ſynodo, placet, præſentibus ſupradictis teſtibus. Et ſic omnes domini de ſynodo receſſerunt. **E**

Statim poſt & ante prandium de mandato quatuor præſidentiũ q̃tuor nationum, in eccleſia ſancti Stephani Conſtantiẽ. & in bancho audientiæ literaꝝ contradictarum, reuerendo patre dño Iacobo de Camplo electo Pennẽ. locumtenẽte auditoꝝ audientiæ contradictarum, ibidem ad banchum ſedente, & horam illam pro audientia contradictarum ac actu infraſcripto faciendũ deputato, præſentibus reuerendiſſimis patribus dñis Ioanne patriarcha Antiocheno, & Ioanne archiepiſcopo Rigenſi, de mandato eiuſdem domini Iacobi locumtenentis, uenerabilis uir dñs Nicolaus de Hubancho lector literarum de iuſtitia, & aliaꝝ quæ inibi legi ſolent, legebat & executus fuit citationem ſupra proximam p ſanctam ſynodum decretam ad inſtantiam magiſtri Henrici de Piro promotoris & inſtigatoris dicti concilij. Qua lecta & executa, idem Henricus petijt ſibi fieri de hmõi lectura & publicatione publicũ inſtrumentum, præſentibus ibidem magiſtris Henrico Golthardi, Ioanne de Vonrade notarijs publicis, & domino Petro Vuithoge presbytero, Maguntineñ. Leodienſis & Traiectenſis diœceſum, teſtibus ad præmiſſa uocatis & rogatis.

Ibidem linea 19 poſt Quo, lege ſic: **F**

dicto & cantato, fuit cantatus introitus, Exaudi nos domine, &c. cum collectis
Matthæi 7. ſuis & letanijs, ac euangelio, Attendite uos à falſis prophetis &c. & alijs orationibus, ac hymno, Veni creator ſpiritus, ſicut in alijs ſeſſionibus.

Ibidem lineæ 21. poſt bus ſuis, inſerantur hæc

cui inter cardinales aſtabant domini Iordanus de Vrſinis, & Angelus Laudenſis, Albanenſis & Tuſculanẽ. epiſcopi, præſentibus ibidẽ reuerẽdiſſimis patribus Vuilhelmo ſancti Marci, Antonio de Salacho, Amadeo Salutiarum, Ludouico de Fliſco, Landulpho Barenſi, & Franciſco Florentino cardinalibus. Deinde oĩbus his peractis, reuerendus pater dñs Vitalis epiſcopus Tholonẽ. natione Gallicus, aſcendebat
Ioannis 16. ambonẽ, & fecit ſermonẽ ad cleꝝ cum themate: Spiritus ueritatis docebit uos oẽm ueritatem &c. Quo ſermone facto, ſurrexerũt magiſtri Henricus de Piro, et Ioannes de Scribanis promotores & procuratores concilij & ſynodi. Henricus loquens, præſentauit citationẽ ad ualuas eccleſiæ maioris & audientiæ contradictarum affixam, necnon unã aliam in audientia cauſarum lectã & citatoꝝ in eiſdem citationibus nõ cõparentium, neq; memoriam, hæreſimq; & dogma quondam Ioannis Vuiclef,